



**Miracula Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,  
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac  
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de  
Liesse dictam effulsere**

**Caout, Walrand**

**Coloniae Agrippinae, 1607**

Ter admirando miraculo puer aquis extinctus ad vitam reuocatur vbi ad B.  
V. ædiculam est delatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

TER ADMIRANDO MIRACULO

puer aquis extinctus ad vitam reuocatur

vbi ad Beate virginis adiculam

est delatus.

CAPVT LXIV.

**A**Nno supra millesimum 515. Ioannes Mi-  
sonius e Camberona S. Vincentij arte  
sua textor, aruis suæ opera coniuge præsentē  
exercebat, quando è prolibus suis vna vnū  
annū solummodò nata paternas ædes mo-  
do quo poterat egressa est, & in via occurren-  
te ipsi dolio aquis referto, in illud miserè pro-  
lapsa est, ibique per integrā horam perman-  
si, antequam mater opificium suum inter-  
mitteret, vt eo intermisso grande hoc infor-  
tunium aduertere posset. Patri verò & Matri  
ad nodum mæstis & desolatis, qui eius debi-  
ta n curam neglexerant, nullū aliud præ-  
sentius occurrit remedium, quam vt pijs vo-  
tis & precibus B. Virginis Camberonensis o-  
pem requirerent, quemadmodum etiam,  
prout talis ac tãta necessitas exigebat, magno  
cum animi affectu & seruore fecere. Insuper  
conuocatis ad se vicinis, ad iter se accinxerūt,  
puerulum suum ad sacra n ædiculam depor-  
tandi gratia. O res admirandi nimis, si mulat-  
que ditonem ac dominium Camberonense  
attigerant, in fons magis atque magis natu-  
ra recepit sensus & motus, & quidem ita vt  
vbi



vbi ad sacram ædiculam appulerunt, aquæ mouit & plene conualuit.

*NON MINVS INGENTI MIRACULO filiola aquis profocata, vitæ restituitur voto B. virginis piè oblata.*

## CAPVT LXV.

**A**Nno eodem quo supra Nicolaus Goretius inhabitans domum pastoris Begguinagij Montibus Hannoniæ apud se detinebat filiam Jacobi Varij, quæ die quodam, in hortum cum se reciperet, forte fortuna in fluuium trullanum est collapsa, ad aquarumque decursum illa ipsa hora solito vehementiorem procul abducta est. Ipsa autem intra fluuiales aquas permansit, donec homo quidam eam à longinquo prospiciens, quid erga filiam contigisset domesticis denunciaret: qui sine mora ad fluuium conuolantes, miseram filiam Beatæ Virgini Camberonensi deuouerunt. Illam autem ex aquis absque vllò vitæ indicio extraxerunt, exindeque eandem igni applicuerunt: vbi complures piæ & deuotæ personæ, quæ miserando aderant spectaculo, denuò illam prædictæ B. Virgini commendarunt, quam idcirco identidem oculos aperire & ad mentem sensusque redire perceperunt, donec perfectè vitæ & sensibus dona-